

ante triennium me impedivit, ut ad
 observationes Tychonis imprimen-
 das, Noribergenses à Cæsare com-
 pellati, quatuor millia mihi non sol-
 verent. Multa hoc die scribenda
 sunt, ignosce brevitati & Vale, utq;
 valeas cura, modum lectioni statue,
 satis superque habes in Thesauris, &
 plus quam non tantum eloquaris,
 sed etiam cogitando percenseas. Pra-
 gæ, 15 Aprilis. Ann. 1628.

Matthias Berneggerus Jo. Keplero
 S.P.D.

VIt summe. Non statueram ad
 proximas tuas, Pragæ mense A-
 prili datas, prius respondere; quam
 de Luneburgensi honorario certi-
 quid significare possem, sed nimis
 longum id fuerit silentium, res len-
 tē procedit. Nuper ostendit mihi
 D. Clutenius à suo Principe literas,
 quibus nondum sibi redditum li-
 brum